

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3320

Genre d'acte : autre

Authenticité : non suspect

Datation : ...1204...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Enquête sur la valeur des domaines à Bonneville-sur-Touques, à Falaise et à Domfront.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 111, p. 19.

Texte établi d'après a

Inquisitio de valore reddituum Boneville super Tosquam que reddeabantur veteri Regine, tempore quo rex Richardus ivit ultra mare pro dote sua. Isti juratores sunt: Guillelmus de Blourevilla, Henricus de Altaribus, Gaufridus Trovelli, Bernardus Orell', Johannes Nortimeri, Godefridus Poleti, Richardus Villanus, Guillelmus Espaz, Rogerus Coguet, Aubertus Gromet, Hugo de Burgo, Hugo de Sancto Mauro, Richardus Espac, juratores, dicunt quod Bonavilla cum pertinenciis valebat sine placito ensis et regardis foreste et pasnagio, ad diem quo rex Richardus ivit ultra mare, VIIIxx libras, que Regine reddeabantur, et de hiis VIIIxx libris dabantur in feodum et elemosinam XV libre et II solidi. Item predicta villa valebat de aliis redditibus XXXVIII. libras et VI. solidos, que reddeabantur apud Cadomum scacario, de quibus juratores dicunt se ignorasse utrum essent de dote Regine annon.

De valore reddituum de Falesia.

Inquisitio de valore reddituum Falesie que reddeabantur tempore quo rex Richardus ivit ultra mare quam hii juraverunt: major Falesie, Odo filius Vitalis, Bartholomeus Talebot, Thomas de Figelois, Vitalis filius Ameloti, Terricus filius Andree, Dionisius de Abevilla, Johannes de Beilio, Thomas Bertini, Robertus Talebot, Rogerus de Falesia, Galterus Medicus, Richardus solde. Isti juratores dicunt quod prepositura Falesie sine placito ensis et eschaetis et vicecomitatu et branagio, de quibus computabatur scacario Cadomi, valebat ad diem quo Rex Richardus ivit ultra mare. Vc. XL. libras que regine veteri reddeabantur, nisi quod dabatur de predictis nummis in feodum et elemosinam IIIIxx et X. libras IIII. solidos.

De valore reddituum Danfrontis.

Inquisitio de valore reddituum Danfrontis qui reddeabantur dicte Regine quando rex Richardus ivit ultra mare, quam hii juraverunt: Johannes Bornold, Teobaldus Pisene Robertus de Trel, Robertus Orchiel, Renaudus Villani, Hugo Rufus, Guillelmus de Baudreel, Johannes Parci, Robertus Villani, Radulfus de Erneia, Evrardus Mercerius, Guillelmus Nutritus, Radulfus Plantul, Gervasius Guenche. Isti juratores dicunt quod prepositura Danfront, sine placito ensis et forestis et eschaetis et molendinis et Fonte Osanne, valebat, ad diem quo rex Richardus ivit ultra mare, IXxx libras, que dicte Regine veteri reddeabantur, exceptis III libris et dimidia, que janitori Danfront debebantur.